

1978

M

419+

Del zu Ka 911

angef. 1) Del zu Ka 911

2) 00

3) Del zu Ka 911

4) 00 Ka

121
LACRYMAE PVBLICAE ET PRIVATAE
IN FVNERE

VIRI ILLVSTRIS ATQVE EXCEL-
LENTISSIMI

DOMINI

CHRISTIANI
THOMASII

ICTI CONSVMMATISSIMI

POTENTISS. REGIS BORVSSIAE CONSILIARII

INTIMI ACADEMIAE FRIDERICIANAE DI-

RECTORIS SENIORIS ET PROFESSORIS

IVRIS PRIMARII AC FACVLTATIS

IVRIDICAE ORDINARII

DOMINI HAEREDITARII IN ALSDORFF

D. XXIII. SEPT. MDCCXXIIX.

IN EXTREMA SENECTVTE
PIE DEFVNCTI

FRIDERICIANA ET ALVMNO

COLLOQVENTIBVS

REPRaesentatae

A

CAROLO AVGVSTO BOEHMERO HALLENSI

I. V. C.

HALAE STANNO GRVNERTIANO.

AK



Al. **V**ndique quid nostra vsque adeo turba-
tur in urbe?
Quid clamor questusque volunt iuue-
numque senumque?
Quid cœlo miseris supplex **ACADE-**
MIA palmas

Tendit, & insolitis vlulatibus omnia miscet?
Atrati incedunt **PATRES**, neque purpura suctis
Defluit ex humeris, est tota squalor in urbe.

Fr. Miraris, quid mœsta imo de pectore planctus,
Vrbs edat miseros, **FRIDRICI** Academia ploret,
Et cives, lamenta forent ceu cætera nusquam,
Immenfum doleant, & tristia fata querantur?
Atque utinam priuata foret, non publica caussa:
Possit enim lapsis rebus medicina parari,
Resque instaurari miseræ. Iam publicus orbem
Inualit terretque dolor, lateque vagatur.
Me miseram! hoc casu plus quam crudelia passam!
Incipe ferales mecum mea tibia versus.

Al. **Quin**, age, quid miserum turbas magis atque silendo
Multiplicas per se crudelem, cara, dolorem?
Estare & quascunque animo depelle querelas.
Ergo aperi, quid te excruciet, quæ caussa serenos
Foedauit vultus, mecum & mala diuide cuncta:
Namque iuuat iunctis lacrimis explere dolorem.
Plangite (nam iustum est) mea carmina, flete vicissim.

Fr. Languentes postquam minuisset dura senectus,
Atque adeo vires tandem fugisset eundo:
THOMASI (horresco referens, animusque refugit
Luctu) **THOMASI** tandem mors ipsa secuta est;
Al. **THOMASI** illius, qui trans est fidera notus?
Nuper ego hoc ipsum (modo mens non læua fuisset)
De cœlo tactam memini prædicere quercum:
Me miserum! quid enim non illætabile nobis
Nuntius ipse refert? quid enim mihi durius unquam
Factum est, aut fieri potuit, sponforis amore

Quem fouit puerum, monuit docuitque sequentem?
Hic me tingendum sancti baptismatis unda
Obtulit, exhibuitque Deo Christoque recentem.
O lucem ante alias niueo candore notandam!
Jam tristem ante alias, atro & carbone notandam!
Plangite THOMASI, mea carmina, plangite mortem!
Plange, nec inuideo, iubeo magis, optime nate,
Exigit & pietas sponfori debita & ipsa
Tantarum rerum dispendia: sed nisi fallor,
Tu tua damna doles, quum publica sint grauiora.
Damnum est: ac miserum non ausim dicere, quando
Ipsa tuæ inuigilat patris pia cura saluti.
Sed confer tua damna meis, ac publica nostra
Vulnera priuatis: magis & mala nostra dolebis.
Incipe ferales mecum mea tibia versus.
Vndique vidisti plenis concurrere rivis,
Quos Eurus, Zephyrusque, Arcetosque & turbidus
Auster

Nostras doctrinæ sitientes duxit ad undas,
Nectaris vt biberent dulcissima pocula nostri:
Namque dolent primum fontem ex Helicone reuul-
sum,

Spes nostra, o nostri passî durissimagnati:
Vestra meis lacrimis suspiria iungite gnati:
Vos lugete omnes præsentî in funere cives,
Et quo fama VIRI penetret noster dolor ingens,
Incipe ferales mecum mea tibia versus.
Namque est lugeri dignus THOMASIVS, atque
Laudari est dignus THOMASIVS: en ego ponam
(Nam meruit) geminas sacratimanibus aras,
Et sacras lauros statuam & pinguissimatura.
Hæc TIBI semper erunt, THOMASI, munera nostra,
Hæc TIBI soluentur meritissima dona quotannis.
TEque colent populi, tollentque ad fidera nomen,
Effigiemque TVAM delubris rite dicatis
Semper honorabunt, pretioso & marmore fingent.
Spargite humum foliis, altare cingite fercis,
Et summo Illustris resonet THOMASIVS axe.

Al. Non equidem possum tecum certare canendo
 Laudes THOMASI; certet tibi solus Apollo:
 Experiar tamen, atque feram super æthera nomen
 Magni THOMASI, magna est mihi copia rerum;
 Tu numeros, tu digna suis da nomina rebus.
 Tollite THOMASI magnum, mea carmina, nomen.
 Ille hæc instituit sanctissima templa Mineruæ,
 Ille Fridriciaden fama extulit, atque per orbem
 Doctrinæ radios ceu Phœbi lampade sparsit,
 Ille illustrauit cæcas caligine terras
 Lumine, quod spissas errorum dispulit umbras:
 Ille repurgauit ius omne a fordibus atris,
 Immensas veteri tollens de Codice tricas:
 Ille quod est *ustum*, quod *honestum*, quodque *decorum*
 Edocuit, sophiamque suorum in pectora fudit:
 Quæque superstitio finxit sibi somnia vana,
 Ille suis sapiens scriptis ex orbe fugauit:
 Cætera quis dignis exhauriet omnia verbis?
 Non ego, si cunctos possem superare Poetas,
 Dicere THOMASI laudes utcumque valerem.
 Nec nostra ille cupit, qui iam superauit Olympum,
 Sub pedibusque videt mortalia quæque relicta:
 Parce THOMASI, mea carmina, plangere mortem.
 Sed ne posteritas ingratos fera fuisse
 Nos dicat, monumenta duo statuemus ad urnam:

* * *

Fr. *Hic caput exuuias tumulus, sed mens super altos
 Cælorum securo sibi circumuolat axes.
 Corpore mortalis, mente immortalis ad omnes
 Immortale decus produxit nomine gentes,
 Illustresque animas inter post fata triumphat.*

* * *

Al. *Hoc situs in tumulo iusti dictator & æqui,
 Et sopsus, & vitiorum debellator acerbus,
 Et qui de inuidia viuus moriensque triumphat.*

† † †

78 M 419

ULB Halle 3
001 514 466


VD 18

96.





LACRYMAE PVBLICAE ET PRIVATAE
IN FVNERE

VIRI ILLVSTRIS ATQVE EXCEL-
LENTISSIMI

DOMINI

CHRISTIANI
THOMASII

ICTI CONSVMMATISSIMI

POTENTISS. REGIS BORVSSIAE CONSILIARII

INTIMI ACADEMIAE FRIDERICIANAE DI-

RECTORIS SENIORIS ET PROFESSORIS

IVRIS PRIMARII AC FACVLTATIS

IVRIDICAE ORDINARII

DOMINI HAEREDITARII IN ALSDORFF.

D. XXIII SEPT. MDCCXXXIX.

IN EXTREMA SENECTVTE
PIE DEFVNCTI

FRIDERICIANA ET ALVMNO

COLLOQVENTIBVS

REPRaesentatae

A

CAROLO AVGVSTO BOEHMERO HALLENSI
L. V. C.

HALAE STANNO. GRVNERTIANO.

AK

in Herrlichkeit,
in weisen Schrifften,
in Gedächtniß stifften,
in Kunst und die Zeit.
erthen Erben,
Unterricht
von ganz Teutschland
t,
Zeiten sterben.

jeder Brust
soleen,
bestehen,
er liegt der Mufen

